Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

as Quorum verbis verbum
tenentes in pacientia fructũ fe-
fac nos tibi dñe Hu celi ciuis
magni consilii angelus in ha-
bitas quos non servos sed
amicos appellas quibus omnia
que audisti a patre notificas.
In quorum divisione collectũ
gregem custodias indivisum
et in vinculo pacis unũ ut
inte unũ simus sicut in patre
tu es unus Miserere nobis
tu qui habitas rex in celis.
Laude. s. Maria Magdalenẽ.
Laus tibi xpe qui es crea-
tor et redemptor idem et sal-
vator Celi terre maris ange-
lorum et hominũ Quẽ solũ
deum confitemur et dominũ.
Qui peccatores venisti ut sal-
vos faceres Sine peccato peccati as-
sumens formulã Quorũ
de grege ut chananeam ma-
riam visitasti magdalenã.
Eadem mensa ubi divini
illam mitis hanc refovens
poculis In domo symonis
leprosi convivis accubans
typicis Murmurat phari-
seus ubi plorat femina cri-
minis conscia Peccator cõ-
tempnit compeccantem peccati
nescius penitentẽ exaudis
emundas fedam adamas
ut pulchrã facias Pedes
amplectitur dñicos lacrimis
lavat tergit crinibus lavan-
da tergenda unguento unx-
it oculos circuit Hec sunt
convivia que tibi placent
o patris sapientia Natus de vir-
gine qui non dedignaris tan-
gi de peccatrice A phariseo es
invitatus marie ferculis
saturatus Multũ dimitti
multũ amanti nec crimẽ
postea repetenti Demoni-
is eam septẽ mundas septi-
formi spiritu Ex mortuis re-
surgentẽ das cunctis videre
priorem Hac xpe praesignatam
signas ecclesiam quam ad
filiorum mensam vocas ali-
enigenã Quam intus con